

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

XCII. De concessione Habitus Magnæ Crucis ad Honores in Hospit. S.
Joannis Hierosolym.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

1697.

ANNO
1697.

Fratrum de Observantia a simil. me. Clemente VIII., & Urbano VIII. Romanis Pontificibus, etiam Prædecessoribus nostris confirmata fuerant; Provincia vero Fratrum Reformatorum Strictioris Observantiae hujusmodi ad numerum duodenarium cum Divini cultus augmentatione crevisse tunc reperiebatur, ac propterea dicti exponentes privilegia prædicta omnibus Provinciis Reformatis supradictis suffragari debere a ipso Alexander Prædecessore declarari summopere desiderabant; Idem Alexander Prædecessor illorum supplicationibus sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, privilegia memoratis Provinciis S. Josephi, & S. Jo. Baptiste, ut præfertur, concessa, & confirmata reliquas omnes Provincias Fratrum Reformatorum, seu Discalceatorum Strictioris Observantiae hujusmodi in Hispania, & Indiis consitentes comprehendere, eisque in omnibus, & per omnia suffragari debere declaraverat, & alias prout in ipsius Alexandri Prædecessoris literis defuper in simili forma Brevis die 5. Novembris 1665. expeditis uberioris dicebatur contineret. Et in eadem expositione subiuncto, quod licet in dictis Alexandri Prædecessoris literis solum facta fuerit mentio Provinciarum in Hispania, & Indiis consitentium, sub nomine tamen Provinciarum Hispaniæ, etiam Provincia Lusitanæ comprehenderantur, eaque sub nomine hujusmodi comprehensas intelligi ex binis piæ me. Gregorii P.P. XV. Prædecessoris pariter nostri in eadem forma Brevis emanatis Literis, in quibus dictæ Arrabidae, & alia, que in Lusitania existunt Provinciæ dicti Ordinis inter alias Hispaniarum Provincias ejusdem Ordinis recensentur, apparabant, immo ad ipsum ex prædictis Alexandri Prædecessoris literis colligi videbatur, ea ratione, quod nisi Arrabidae, & alia Lusitanæ Provinciæ prædictæ sub nomine Provinciarum Hispaniæ, & Indiarum hujusmodi, ad quarum favorem dictæ literæ emanaverant, comprehenderentur, dictus duodenarius Provinciarum Reformatarum numerus minime subsisteret, cum tunc temporis duodecim Provinciæ hujusmodi in Hispania, & Indiis prædictis non repertentur, prout ex authenticis Instrumentis eidem Congregationi Cardinalium exhibitis constare dicebatur. Insuper fundatio dictæ Provinciæ Arrabida tempore S. Petri de Alcantara initium habuisse, & anno 1561. uno videbatur, & amplius sculo priusquam dictæ Alexandri Prædecessoris litera emanarent, absolu-
ta fuisse reperiebatur, ipsa Provincia in ordine antiquitatis, & collocationis Provinciarum per Constitutiones Generales dicti Ordinis, & in quadam earum compilatione relato tertia numerabatur, atque adeo dubium non erat, quin eadem Arrabida Provincia una esset ex illis decem, ad quas dicta Privilegia, sicut præmititur, extensa fuerant; Unde Superiores Generales dicti Ordinis pro tempore existentes ipsam Arrabida, & reliquas Provincias hujusmodi in eorumdem privilegiorum fru-
tione, ut sub illorum extensione comprehen-
sas, inconcussa semper conservaverant; Ideo-
que pro parte ejusdem Antonii Ministri Provin-
cialis præfata Congregationi Cardinalium supplicato, ut dictam Provinciam Arrabida sub præfata privilegiorum extensione comprehen-
sam esse, ipsiusque privilegii gaudere debere declarare dignaretur. Emanavit a prædicta Cardinalium Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Emo-
rum, & R̄morum S. R. Eccl. Cardinalium ne-
gotiis, & consultationibus Episcoporum, &
Regularium præposita, auditio Patre Ministro
Generali prædicti Ordinis, & attentis narratis,
censuit, ac declaravit, præfatam Provinciam
Excalceatorum Arrabida esse comprehensam in

enunciato Brevi extensivo S. M. Alexandri VII.
Rom. 14. Martii 1697. G. Card. Carpinaeus. M.
Archiepilcopus Athenarum.

S. 1. Cum autem sicut dictus Antonius Mi-
nister Provincialis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subfi-
stat, & servetur exactius, Apostolicas confir-
matiōis nostra patrocinio communī summō-
pere desideret: Nos specialem ipsi Antonio gratia facere volentes, eumque a quibusvis ex-
communicationis, suspensionis, & Interdicti,
aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & po-
enis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel
causa latissi si quibus quomodolibet innodatus exi-
git ad effectum præsentium dumtaxat conse-
quendum harum serie absolventes, & absolutum
fore censes, supplicationibus ejus nomine No-
bis super hoc humiliter porrectis inclinati, De-
cretum præsertim auctoritate Apostolica te-
nore præsentium approbamus, & confirmam-
mus, illique inviolabilis Apostolicae firmatis
robur adicimus, salva tamen semper in præ-
missis auctoritate memorata Congregationis Car-
dinalium.

S. 2. Decernentes easdem præsentes Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditorés, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quovis quavis auctoritate scienter, vel igno-
rante contingit attencari.

S. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitu-
tionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec-
non quatenus opus sit, Provinciarum, & Ordini-
bus prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robo-
ratis Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quo-
que Indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenuores præsentibus pro plene, & suffi-
cienter expressis, ac ad verbum infertis haben-
tes, illis alias in suo labore permanuris ad præ-
missorum effectum hac vice dumtaxat speciali-
ter, & expresse derogamus, ceterisque contra-
ris quibuscumque.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscator. die IV. Maii MDCXCVII. Pon-
tificatus Nostri Anno Sexto.

Præcess
Ministri
Provin-
cialis.

Confirmatio
relati Decre-
ti.

Clauſula.

XCI.

Dat. II. Maii
1697. An. 6.

Exordium.

Eduntur quædam Decreta circa modum con-
cedendi Habitum Magnæ Crucis ad Hono-
res in Hospitali Sancti Joannis Hierosolymi-
tani.

Inn. XI. Conf. ed. 1686. Jun. 25. P. 10. conces-
sionem Magno Magistro facultas circa receptionem
Fratrum. Alex. VIII. Conf. ed. 1690. Aug. 5.
P. 1. agitur de Ærario Hospitalis. Et Clem. XI.
Conf. ed. 1711. P. 11. de jure trium Navium
Bellicarum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini Divina disposi-
tione præsidentes, dignitatum, & hono-
rum Ecclesiasticorum quorūcumque, & præ-
serrim Ordinum Militarium egregiam Reipu-
blica Christiana operam navantium, provide,
prudentique distributioni libenter consulimus,

sicut

Rationes pro
comprehen-
sione Pro-
vinciæ Arra-
bidae in
Conf. Alex.
VIII.

Decretum
Congreg.
pro dicta
comprehen-
sione.

1697.

Epilogus cui
judam Chirographi M.
gni Magistri
in quo

sicut rationi consentaneum esse in Domino arbitramur.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius modernus Magnus Magister Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, quod cum ab ipso Magni Magisterii sui primordio ad varios abusus, quos in eodem Hospitali praesertim circa nimis frequentes dignitatem Magnæ Crucis, ut vocant ad Honores, tantum collationes irrepisse compererat, corrigendos animum intendisset, dilectique etiam filii Bajulivi Conventuales, & alii Consiliarii ipsius Hospitalis enixe ab eo petiissent, ut opportuna aliqua ratio iniretur, qua immoderate dictas dignitates ambientium cupiditatibus aditus precludeatur, ipse Magnus Magister die 15. Februarii proximi præteriti consilium completum statu nuncupatum dicti Hospitalis convocari fecit, in eoque quoddam Chirographum manu sua subscriptum exhibuit, & legi curavit, per quod videlicet notum fecit, & declaravit per Statuta, seu Stabilitaria, & Ordinationes Capitulares ejusdem Hospitalis auctoritate Apostolica confirmatas dictas dignitates Magnæ Crucis certo, ac præfinito personarum proper earum antianitatem, merita, & rerum peritia Judicium, & Consiliariorum muneribus fungi capacum numero dumtaxat deferri debere; Multitudinem vero illorum, qui dignitatem, seu habitum Magnæ Crucis hujusmodi ad honores tantum ex gratia affecti sunt, non multis abhinc annis supra modum excrevisse, indeque politice dicti Hospitalis administrationis rationem, & rectum Iustitiae Ordinem perturbari, ac evidenter Conventui ipsius Hospitalis, & communione ariario præjudicio inferri; Præceptores siquidem, seu Commendatarii ejusdem Hospitalis, qui dignitates Magnæ Crucis hujusmodi suorum servitorum, meritorum, antianitatis, ac sexaginta forsan, & amplius annorum etatis intuitu consequi, & obtinere sperabant, dum Juvenes tam in Consilio, quam in honoribus sibi præferri vident, id agre ferentes Conventum prædictum deferunt, ac erga dictum Hospitalis male affecti se ad suas præceptorias, seu commendandas, vel in Patriam recipiunt, illis que ibi morientibus, ipsorum bona ab eorum consanguineis, vel famulis occupantur, atque ita dictus Conventus illorum Residentia commodis, & honorificentia privatur, neconon Consiliorum ope destitutur: præfatum vero commune ararium eorum Spoliis fraudatur; Porro ejusmodi perturbationum, ac incommodeorum, neconon quæ inde suboriri possunt, majorum periculorum gravitatem ipsius Magni Magistri prædecessoribus adeo notam, & perspectam fuisse, ut qui illam propulsarent, diversis temporibus plura Decreta ediderint, variosque ad hanc S. Sedem recursus habuerint, idque ex registris Cancelleriae prædicti Conventus constare, optima tamen consilia, & conatus hujusmodi, cum minus valide promoverentur inter contrarios magis, magisque obrepentes abusus oppresa, irritaque, & inania remansisse; nullum proinde opportunius tot, tantisque malis remedium adhiberi posse, quam nostra, & hujus S. Sedis auctoritate statuendo, ut nullus imposterum ex Præceptoribus, seu Commendatariis, aliive quibuslibet Fratribus Militibus dicti Hospitalis Habitum Magnæ Crucis hujusmodi ex gratia decorari valeat, nisi duo millia duplarum Hispaniarum in majores ipsius Hospitalis necessitates erogandarum seu justum earum valorem communis ariario prædicto, quod ob magnas expensas pro Christiana Religionis tutione contra communem illius hostem factas, ac Bella Europæ, aliasque temporum calamitates exhaustum repperitur, persolverit Præterea Nobis supplicandum esse, ut in even-

tum, quo deinceps eidem moderno, & pro tempore existenti Magno Magistro dicti Hospitalis facultatem tradendi, seu tradi faciendo quibuslibet Præceptoribus, seu Commendatariis, aliive Fratribus Militibus supradictis habitum Magnæ Crucis hujusmodi ad honores tunc a Nobis, & Sede prædicta concedi quondamcumque contingat, literæ Apostolicae defuper expedienda non amplius ipsi soli Magno Magistro, sed etiam consilio memorati Hospitalis conjunctim dirigantur, neque alias traditionis habitus hujusmodi gratiam effectum fortiri patiamur, nisi quatuor saltē ex quinque partibus suffragiorum ipsius Consilii in id concurrerint. Quo Chirographo perfecto omnes, qui ad Consilium supradictum convenierant, previo suffragiorum scrutinio, omnia, & singula, in Chirographo hujusmodi contenta approbarunt, ac executioni demandanda esse decreverunt. Quare dictus Magnus Magister Nobis humiliter supplicari fecit, in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 2. Nos igitur ipsius Magni Magistri votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuslibet excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodo liber innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censemtes hujusmodi supplicationibus inclinati, ut nullus de cætero Præceptor, seu Commendatarius, aliive quilibet frater Miles Hospitalis prædicti habitu Magnæ Crucis ad honores tantum, & honoris causa vigore quarumcumque facultatum a Nobis, & Sede prædicta deinceps ad id concedendarum decorari valeat, nisi duo millia duplarum Hispaniarum, sive justum earum valorem communis ariario ejusdem Hospitalis vere, realiter, & cum effectu persolverit, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus; Ipsas vero facultates, quas super traditione habitus Magnæ Crucis hujusmodi, sive ipsi soli pro tempore existenti Magno Magistro, sive ei, & consilio Hospitalis hujusmodi conjunctim a Nobis, & eadem Sede in futurum concedi contigerit, non alias effectum suum fortiri debere, nisi concurrentibus, & concordantibus quatuor ex quinque partibus suffragiorum eorum, qui tunc in eodem Consilio præentes aderunt, & jus ferendi suffragii habent, eadem auctoritate harum serie decernimus, & mandamus.

§. 3. Decernentes pariter easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicunque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætententes, etiam speciali nota, & expressione dignissimi non consenserint, nec ad illa vocati, citati, & audit, neque causa proper quas ipsæ præsentes emanarint sufficienter adductæ, verificatae, & justificate fuerint, aut ex quavis alia quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus aliove quolibet, quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, retractari, infringi, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris reduci, vel adversus illa quodcumque Juris, facti, vel gratia remedium impetrari, seu impetrato, vel etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicae potestatis plenitude concessa quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas præsentes li-

1697.
concessione
dicti Habitus
cum confi-
tu Consili
Status faci-
enda.

Confirmatio-
nus fuit d.
Chirogra-
phus a Con-
silio præd.

Præces Mag-
ni Magistri.

Decreta duo
prædicta aucto-
ritate Apo-
stolica.

Clausula.

Decretum
unum de con-
cessione d.
habitus post
solutionem
1000. dupla-
rum Hispani-
arum.

Decretum
alterum de

teras

teras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integratos effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabat in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque, & non alter in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caufarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Rom. Eccl. Cardinales, etiam de Latere Legatos, necnon Magnum Magistrum, & Consilium, ac quævis Tribunalia Hospitalis predicti, alioſe quoſlibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiiri debere; ac irritum, & inane, si fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Hospitalis, ejusque Linguarum, & Prioratum quorumvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis, statutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibus derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis Clausulis, & Decretis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derrogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expresa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma adhuc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis, respectivo habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem profusa fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habetur, que haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibita, vel ostenta.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annul. Pisc. die XI. Maii MDCXCVII. Pontificatus nostri Anno Sexto.

XCIII.

Confirmatur Constitutio Alexandri VII. contra Religiosos Capuccinos transeuntes ad aliam Religionem.

Pred. Constitutio ed. fuit 1664. Dec. 17. Et hujus Pontificis Conf. ed. 1698. Oct. 10. P. 8. agitur de eorum transitu ad alias Religiones.

Dat. 12. Junii
1697. An. 6.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto nobis divinitus Apostolicæ servitutis munere ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris ad conservandam Religiosorum Ordinum eximia pietatis, & aetioris disciplina meritis conspicuorum existimationem provide emanasse noscuntur, ut firmiter sint, & serventur exactius Apostolici muniminis nostri patrocinio, cum id a Nobis absque alia declaratione esse declaramus.

Bullarii Romani Contin. Pars VI.

petitur, libenter corroboramus, illisque, ne temerario cujusquam ausu violentur, novas sanctiones adjungimus, sicut in Domino expedire arbitramur.

§. 1. Alias siquidem pro parte tunc existentis Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatum fe. rec. Alexandro PP. VII. Prædecessori nostro expoſito, quod nonnulli e dicto Ordine ad alias Religiones transibant, assumptoque in illis habitu Regu'ari, ad quas Provincias, in quibus habitum prædicti Ordinis Fratrum Capuccinorum publice gestaverant, ac cogniti, & commorari fuerant, illico habitum se conferebant, & ad regendas, seu deferendas proprias imperfectiones ejusdem Ordinis Fratrum Capuccinorum famam multis imposturis lacerare non verebantur, cum gravi Saecularium scandalo, bonique nominis d. Ordinis detrimento; Idem Alexander Prædecessor supplicationibus ejusdem Procuratoris Generalis nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, ne cætero quisquam, qui e memorato Ordine Fratrum Capuccinorum post emissam in illo professionem Regularem ad aliam quamcumque Religionem quomodolibet transivisset, in ea Provincia, in qua professionem hujusmodi emisisset, ac habitum eorumdem Fratrum Capuccinorum publice gestavisset, habitare, seu commorari auderet quovis modo, vel præsumeret auctoritate Apostolica prohibuit, & interdixit, & alias prout in ipsius Alexandri Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 17. Decembris 1664. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberiori continetur.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Moderator Vice-Procurator Generalis d. Ordinis nobis nuper exponi fecit præfati Alexandri Prædecessoris Literæ, quia nullius poenæ infiſtione, seu communione vallatae reperiuntur, iisque, qui interdum e dicto Ordine ad aliam Religionem tranſeuſi licentiam ab hac S. Sede sibi concedi obtinent, illis per literas Apostolicas, quæ super licentia hujusmodi expediri solent, ut posteriores vigore clausularum derogatoriarum in eis approbatum, derogatum esse prætentunt, minus accurate serventur, non sine notabili honoris dicti Ordinis præjudicio. Nobis propterea dictus Vice-Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune prævidere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsius Vice-Procuratoris Generalis Votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latris, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, supradictas Alexandri Prædecessoris literas, cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus; necnon omnes, & singulos, tam Religiosos, qui literis hujusmodi contravenerint, quam Superiores, qui illos in aliqua Provincia contra earundem literarum dispositionem collocaverint, seu retinuerint, eo ipso privationis vocis activa, & passiva poenam absque alia declaratione esse declaramus.

Epiſlogus
Conſtitut.
præd. qua in-
terdiſtum
fuit ad Reli-
gioſis com-
muniari in ea-
dem Provin-
cia.

Præces Vice-
Procuratoris
Gen. & cau-
fa confirma-
tionis.

Confirmatio
Conſtitu-
tio-
nis Alex.
&
poena in con-
travenientes